

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Gaudium r  
cum fonte primo

Dicimus nos magnum gaudium ex illius  
consulatu

quod non est gaudium, sed ut sepe  
iniciium future tristicie. Gaudio enim  
iunctum est non desinere nec in  
contrarium uerti.

Omnes tendunt ad  
gaudium, sed unde  
stabile et magnum consequantur  
ignorant. Ille ex conuiuuiis et luxuria, ille  
ex ambitione et circumfusa  
clientum turba, ille ex amica, alius ex  
studiorum liberalium uana ostentatione,  
et nil sonantibus litteris: omnes istos  
oblectamenta fallacia et breuia decipiunt,  
sicut ebrietas que unius hore hylarem  
insaniam longi temporis tedio pensat.

Seneca LXVII. epistola.

Vulgo tamen sic loquimur ut  
dicamus magnum gaudium nos ex illius  
consulatu  
aut nuptiis aut ex partu uxoris  
percepisse,  
quae adeo non sunt gaudia ut saepe  
inicia futurae tristitiae sint: gaudio autem  
iunctum est non desinere nec in  
contrarium verti.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 59, 2 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.162, ll.9-13).

Omnes, inquam, illo tendunt ad  
gaudium, sed unde  
stabile magnumque consequantur  
ignorant: ille ex conuiuuiis et luxuria, ille  
ex ambitione et circumfusa  
clientium turba, ille ex amica, alius ex  
studiorum liberalium uana ostentatione  
et nihil sanantibus litteris—omnes istos  
oblectamenta fallacia et breuia decipiunt,  
sicut ebrietas, quae unius horae hilarem  
insaniam longi temporis taedio pensat,  
sicut plausus et adclamationis secundae  
favor, qui magna sollicitudine et partus  
est et expiandus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 59, 15 (L. Reynolds  
ed., vol.1, pp.165-6, ll.24-29, 1-3).